



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Visio Eulogij patriarchi Alexandrini. Capvt. CXLVI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

finum vero ¹ mortuus inuentus est scelerum opifex Charisius.

¹ Vides quantam habeant Sancti potestatem post mortem.

Visio Eulogij patriarchi Alexandrini.

CAPVT. CXLVI.

CVM essemus in eodem cœnobio, narrauit nobis Abbas Menas cœnobij ipsius pater de sancto Papa Alexandrino Eulogio, dicens: Nocte quadam cum sibi¹ matutinam laudem celebraret in Episcopat^o oratorio, vidit prope se assistere Iulianum Archidiaconum. Quem vt vidit turbatus est, cur fuisset ausus ingredi, nihil illi nunciâs. Tacuit tamen. Et cum impleisset psalmum, prostrauit se humi. Fecit hoc ipsum & is, qui in specie Iuliani Archidiaconi apparuerat. Deinde cum oratione facta, surrexisset ² Patriarcha, ille nihilominus in pauimento iacebat. Conuersus autem Pontifex dicit. Quandiu non surgis: Ait: Nisi mihi ipse manum porrigas, & erigas me surgere non possum. Tunc extendit manum suam Eulogius, ac tenens erexit illum, coepitque iterum psallere. Post pauulum autem conuersus neminem vidit. Cum igitur impleisset matutinas laudes, vocauit cubicularium suum, dixitque illi: Cur non annunciasti mihi Archidiaconi ingressum, sed ita non nunciatus intrauit ad me hac nocte? At ille neque vidisse aliquem neque ingressum esse asseuerauit. Non credidit Patriarcha, sed ait: Vocam mihi huc oltiarium. Cui venienti ait: Nonne ingressus est huc Iulianus Archidiaconus? Ille verò cum iuramento affirmabat illum neque ingressum neque egressum esse. Tacuit quidem tunc Patriarcha. Manè autem factò, ascendit Archidia-

ff

hidia-

hidiaconus Iulianus, vt adoraret, dixitq; illi Pontifex: Quare non seruasti ordinem, Archidiacone Iuliane. sed absq; nuncio, ascendisti ad me nocte ista? ait: Per orationes domini mei, neq; huc ascendi, neq; de domo descendi, nisi hora ista tantu. Intellexit tunc magnus Eulogius, Iulianum se vidisse, martyrem, hortante se ad erectione templi sui, quod ex tempore ferme resolutum, & antiquum ruinam sui minabatur. Magnaq; cu alacritate amantissimus martyris porrexit manus, eiusq; crexit templum, a fundamentis ipsum instauras & omnigeno ornatu illustrans, vt sacro martyri conueniebat.

- 1 *Ecce quomodo etiam antiquo tempore horae Canonicae erant in vsu, inter quas Matutinum recensetur.*
- 2 *Habes hic orationem cum prostratione.*
- 3 *Colligis ex hoc loco, quod templorum instauratio est in honorem sanctorum, & illorum ornatus Deo placeat, & opus est laudabile.*

Mirabilis emendatio Epistolae Beati Leonis Romani Pontificis ad Flavianum scriptae.

C A P V T. CXLVII.

Narrauit nobis & hoc Abbas Menas eiusdem coenobij pater. audisse se eundem Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham diacentem: Cum profectus essem Constantinopolim fruitus sum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, summi, & singularis viri. narrauitq; mihi de sanctissimo, ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cum scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopu contra impios Eutythen, ac Nestorium, posuerit